



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

XXI. †

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

mirabilia Dominus Philippus Abbas Otterbur-
gensis, locum adit, de rei veritate inquisiuit,
cui cum ab omnibus hoc, quod predictum est,
diceretur, Iudeus qui tunc casu adfuit, Abba-
tem in partem traxit, dicens: Verè Domine
verissimum est, quod audistis. Et sicut ipse mihi
retulit, multò amplius delectabatur in testimo-
nio inimici, adhuc telum ibi reseruatur, adhuc
vulnus & sanguinis stigmata illic ostenduntur,
vtraque Abbas se vidisse testatur.

XXI. ✠

Circa idem tempus Otto contra Philippum
ascendens cum exercitu vsque ad VVur-
zeimburg peruenit, ibi satellitibus eius Eccle-
siam quandam intrantibus, vnus ex illis Cru-
cifixum, in eminenti loco positum, tunica linea,
& cum multo studio consuta rectum vidit, &
concupiuit: Quam cum manu non potuisset at-
tingere, lancea nisus est extrahere, & quia fir-
miter imagini connexa fuit, in diuersis locis
xilignū eam pupugit; Dominus verò vt sibi factum o-
lanceis stenderet, quidquid eius imagini iniuria vel
punctū, contemptus irrogatur, egit sua potentia, vt de
sanguine singulis punctiōibus sanguis vbertim emana-
manat. ret. Semel adhuc mortalis confixus atque lan-
catus

Coloniensis.

35

ceatus est in terris, & tamen quotidie sedens
ad dexteram Patris, se configi per Prophetam
conqueritur, dicens: Et me vos configitis
gens tota die.]

Malatz

XXII. ✠

RAVTENBERGICA.

NEquè hîc prætereundum est, quod
nostra tempestate, licet quoque
extra Diœcesin Coloniensem, audiui-
mus in Hildeshemensî scilicet Episco-
patu, contigisse miraculum. Berthol-
dus Principis Brunsvvicensis Sarrapa in
Lauenstein, possidet sub Serenissimi
Archiepiscopi nostri FERDINANDI ter-
ritorio Hildeshemensî pagum Rauten-
berg, ad iurisdictionem Sarrapiæ Stur-
vvaldensis spectantem. Huius loci cau-
po eum anno 1618. decimo die Aprilis
epitaphium aliquod ligneum defunctę
uxori ponendum fabro locasset, faber
pro libertate sua ex veteri Catholico
more, Crucifixi imaginem tumulo præ-
fixit. Biennio post anno 1620. festo S. *† globo*
Thomę, eodem in cœmiterio eiacula- *traiecta*
toriam nonnulli exercent, hos inter, vt *cruore*
distillat

C 2 *fa-*
praeter legitima testimonia etiam fama